Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36446
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift



4

pphetarum sermo predixerit. Ergo ysaias principaliter de
duabus loquitur tribubus. iuda et beniamin. exceptis decem
que in samaria erant. et vocabantur effraim et israhel. et quas
sub osia rege iuda et ierlm. phul rex assyriorum vastare iam
ceperat. Demque quinquagesimo et secundo impery eius anno.
regnante apud samariam phacee filio romelie. venit the
glath phalasar rex assyriorum. et cepit ahion et abel. domui
maacha et ianoe et cedes. et asor et galaad et galileam.
omnem terram neptalim. et transtulit eos in assyrios. Ex quo
ostendit viriana euersione samarie. in commotione duarum
tribuum hec vniuersa narrari. Osias autem ipse est qui et
azarias. duplici nomine. et vno quidem atque eodem tempore
cum osee. iohel et amos pphetasse exregibus qui ponunt
in titulo cognomina. sed principium verbi dni fuit in osee
filio beheri. Amos autem pater esaye ut plures autumant.
terrarum rex pphetarum est. sed alys diuersisque apud hebreos scri
buntur litteris. Iste prima et extrema litera habet aleph et sade.
uel sam et samech. et iste secundum quosdam interpretatur fortitudo
sine robustus. ille plus durus uel gravis. de quo iamos
plenius diximus. Non solum autem hic p pheta. sed et alii cum habeant
in titulo. visio quam vidit isayas sine abdias. No inferunt quod
viderint. verbi gratia. Vidi dnm sabaoth sedentem super thronum
excelsum et eleuatum. et seraphim duo circumstantes eum. sed quecque dic
ta sunt narrat. idest audi celum et auribus capere terra. et hec
dicit dnus deus adiudicam. audite montes audium adnm et legatum
adgentes misit. Prophete etenim prius vocabantur videntes.
qui dicere poterant. oculi mei semper ad dnm. et adte leuaui
oculos meos qui habitas in celis. Vnde et apostolis asaluatore
precepit. Leuate oculos vestros et videte regiones. quia iam albe
sunt ad messem. Istos cordis oculos et sponsa habebat in cantico
canticorum. cui sponsus dicit. Vulnerasti cor meum soror mea spo
sa. vno exoculis tuis. Et in euangelio legimus. Lucerna cor
poris tui est oculus tuus. In veteri quoque dicit instrumento.
quod plus viderit vocem dei. Ex quo montani deliramenta fo
mant. qui in extasi et cordis amentia pphetas putant ventura dix
isse. Neque enim videre poterant quod ignorabant. Scio quosdam iudeam
et ierusalem decelestibus interpretari. et esayam sub persona dni
saluatoris. quod captiuitate illius p vmtie. in nra terra pnuntiet.
et postea reditum consensumque admotem secum in diebus nouissimis.